

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)

Tab.
XXVI.

XLIII. tab. XVII. exposuimus: nisi quod loco parmulae *Burgundo - Austriacae*, quae ibi *Imperiali* aquilae ensiferae sceptrigeræque substat, hic *Carinthiae* tessera, Ducali pileo tecta, conspicua sit; quae nummum in hac provincia cufum fuisse ostendit. *M. S. B. ar.*

a Alium huic fere similem typum edidit Cl. MELLENIUS, (a) eodem anno cufum: nisi quod aera Christiana non in summitate averfae, sed in segmento averfae scripta legatur, tum vero in imo posticae partis, loco parmulae *Carinthiacae*, cernatur *Styriaca*, pariter pileo Ducali tecta.

XXXIX.

Præfens *Ioachimicus* a superiori in hisce potissimum differt: in averfa Imperator coronae loco lauream gestat: aureum velus, magis conspicuum, a torque dependet: & in imo cantherius, monetarii aut officinae signum, cernitur. In averfa post titulum: DVX: BVR. *gundia*, sequitur CO. mes TYR. *olis* zc. 1620. & in segmento parmulae tesseras *Burgundo - Austriacas* refert; quae nummum in Austria prodiisse arguit.

Primus in hac collectione uncialis est, in quo FERDINANDUS Cæsar laureatus comparet. Neque etiam credibile est, anno 1619. quo is ad summum Imperii fastigium evectus fuit, similem quemdam signatum fuisse; cum eo tempore, uti alias observavimus, nota chronologica præverti solet; ut nummum novitatis speciem diu retinerent. *M. S. B. & S. PETRI. ar.*

TOM. II. P. II.

(a) Syllog. numm. unc. p. 114.

XL.

Antica fere ut num. XXXVIII. sed in segmento adscribitur numerus anni 1621. Postica ut num. præcedenti: excipe, quod clypeus hic magis sit orbiculatus, & in imo parmula *Bohemica*, ubi & nummus prodiit, cernatur. *M. S. B. ar.*

FERDI-
NANDUS
II. IMP.

Tab.
XXVII.

Hoc ipso anno 1621. cufus est uncialis in *Carinthia*, qui aeram Christianam quoque habet in averfa: sed non in segmento, verum in epigraphe supra coronam. In imo averfae conspicitur parmula *Carinthiae*, loco *Bohemiae*: & per oscitantiam chalcographi in epigraphe huius partis scriptum legitur: ARCHI. *dux* AVSTRIA ET CARINTHIA. DVX. BVRGVN. *dia* zc. pro *Austria & Carinthia*. Nummum adservamus in scriniis nostris: sed ab eius delineatione abstinemus; quia umbo averfae partis attritus & oblitteratus est.

Alius denique hoc ipso anno, huic nostro persimilis, prodiit, cum eo solummodo discrimine: quod in averfa legimus AVSTRI, incomplete videlicet, pro AVSTRIÆ, ac in formula *& cetera* littera c omissa sit. Postremo nota chronologica, quam hic in averfa legimus, in altero illo inscriptioni averfae subiicitur, sic tamen, ut in medio exurgente corona Cæsarea, atque partem marginis, ut in nummo hic depicto, occupante, dividatur.

XLI. XLII.

Averfae utriusque huius nummi cum num. XXXIX. fere

Bb 2

con-

FERDI-
NANDUS
II. IMP.

conspirant, nisi quod nota chronologica in umbone, in altero quidem numerus anni 1621. & in altero 1622. legatur.

In postica vero sequuntur huiusmodi tituli: NEC NON ARCHIDUCES AVSTRIÆ DVC. ES BVRGUNDIA COMITES. TIROL:IS. Scutum maius, pileo Archiducali opertum, & torque aurei velleris cinctum, quo continentur quindecim areæ cum insignibus, puta: *Hungaria, Bohemia, Legionis, Austria, Burgundia, & Castella*: his in medio incumbit parmula *Tyrolensis*. Reliqua symbola ita procedunt. *Carinthia, Carniola, Habsburgi, Goritia, Vinidorum Marchia, Suevia, Wirtembergia & Alsatia.*

Etsi hi duo *thaleri* sibi invicem ita conveniant, ut, excepta nota temporis, ovum ovo haud facile ita simile sit: visum tamen est utrumque hic exhibere, ob elegantiam & raritatem eorundem: quod utrumque, de posteriori saltem,

a Cl. KOEHLERUS testatur (a).

Sunt autem communi Archiducum, qui tum superstites erant, puta ALBERTI, in Belgio tum degentis, LEOPOLDI Episcopi Argentinensis & Pataviensis, CAROLI *Posthumi* ac demum ipsius Imperatoris, nomine cusi, haud secus, ac plures eiusmodi superius inter unciales LEOPOLDI V. vidimus (b); unde repeti possunt ibidem dicta. Hic tamen obiter adhuc notamus, Illustr. KHEVENHILLERUM æque ac R. P. HANSZIVM, cuius verba num XII. pag.

(a) Nummophyl. Burckhard. P. II. Vol. I. p. 10.

163. retulimus, perfectionem huius negotii ad annum demum 1625. consignare (c), qua de re antea nonnihil dubitabamus. *M. S. B. & S. P. ar.*

Tab.
XXVII.

c

XLIII.

Eadem adversa, sed hic in epigraphe insertæ sunt binæ parmulae regni *Hungaria.*

In postica aquila biceps *Imperii* coronata cum sceptro & gladio, pectore gerens clypeum coronatum, & torque aurei velleris cinctum, cui sola *Hungaria & Bohemia* insignia repetita sunt impressa: his vero in medio incumbit parmula *Burgundo-Austriaca*. Ad pedes aquilæ cernuntur siglæ *Kremnitz, Banja*, nota officinæ monetariæ in regno Hungariæ signa. In epigraphe porro adversæ præter annum Christi 1622 additus est titulus: *MAR. chio MOR. avia*, qui in præcedentibus uncialibus necdum comparuit. *M. S. B. ar.*

XLIV.

Epigraphe adversæ a superioribus pariter nihil fere differt: at Cæsar integra figura in pedes erectus, armatus, coronatus & gladio præcinctus, obverso vultu, dextra sceptrum, sinistra globum crucigerum sustinet.

In postica continuantur tituli: ARCHID. ux AVSTR. Æ DVC. BVRG. undia MAR. chio MO. ravia. 1624. Aquila biceps *Imperialis* coronata, scutum, Ducali pileo tectum, & torque aurei velleris cinctum, pectore gerens, cui

im-

(b) Tab. XXI. & XXII. a num. VII. ad XII. itemque ad num. XV.
(c) Tom. X. col. 719.

Tab. XXVII.

impressus est leo *Bohemicus*, cuius figura in imo denuo repetitur. *M. S. B. ar.* MELL. p. 116.

In Museo *Buoliano* reperitur prorsus similis *Bohemicus* nummus, sed anno præcedenti 1623. quod in adversa eius notatur, percussus, nec non & alius de anno 1625. Nos præterea similem tenemus de an. 1625. & 26. sed ab horum delineatione consulto abstinemus.

XLV.

Adversa cum num. xxxix. denuo respondet. Epigraphe averſæ cum eodem pariter convenit, excepta nota chronologica, quæ est 1624. Quinio scutorum tribus interſtincta igniariis, ex torque aurei velleris desumptis. In medio compareret aquila *Imperialis* biceps, scutum pectore gerens, superimposito diademate: ad dextram & sinistram parmula coronata, hinc *Hungaria*, illinc *Bohemia* symbola referentes: binæ inferiores *Burgundia* & *Austria* tesseras exhibent.

Insignis hic binio, seu *Imperialis* duarum unciarum, in Austria cufus videtur; ob signum officinæ, quod in alio Austriaco citato num. videndum, atque num. mox sequenti recurrit. *M. S. B. ar. pond. 2. unc.*

Similem edidit MELLENIUS (a), sed ibi leo *Bohemicus* luculentius quam in nostro (ubi siquidem capite pedibusque anterioribus mutilatus apparet) expressus est.

XLVI.

Utraque nummi facies num.

(a) Syllog. num. unc. p. 118.

xxxix. respondet: nisi quod hic æram Christianam 1624. referat, & in imo parmula non *Carinthia*, sed iunctas, *Burgundo-Austriacas* tesseras, imposito Ducum pileo, exhibeat.

FERDINANDUS II. IMP.

Hac forma nummaria signati quoque sunt nummi duarum unciarum, quarum exemplum penes nos est. MELLENIUS quoque non ab similem pag. 120. edidit, sed de anno 1630. Eundem quoque typum vidimus in sæpe laudato Monasterio S. PETRI, at de anno 1632. *M. BUOL. & S. B. ar. pond. 1. unc. nec non & 2. unc.*

XLVII.

Huius nummi pars utraque cum num. xli. convenit, in adversa tamen nota chronologica 1624. in segmento brachii dextri legitur, & in averſa tituli hoc modo fluunt: ARCHI: dux AVST:riæ DVX: BVR:gundia STYRIÆ: ETC *etera*. Hinc & in capite scuti panthera *Styria* in medio ac honoratori loco exhibetur. *M. S. P. ar.*

Alius huic, excepta nota chronologica, quæ annum 1628. refert, per omnia similem, sed elegantioris adhuc fabricæ extat in *M. S. B.*

XLVIII.

Nihil differt epigraphe huius nummi a proxime præcedentibus: additur tamen in fine DVX. s. *ileſia*, quæ vox in epigraphe partis averſæ repetita SILESI. & ZC. (*& cetera*) 1632. uncialem hunc *Sileſiacum* Nummophilis gratiorem reddit: quam illa non nisi a genio monetarii,

B b 3

netarii,

FERDI-
NANDUS
II. IMP.

netarii, vel a commutatione
typorum nummariorum profe-
cta videatur. Cetera cum num.
XLIII. conspirant: excepto quod
in imo umbonis hinc inde siglæ
I & Z legantur, quæ de officinæ
loco, aut nomine monetarii
interpretandæ videntur. DE-
WERD. p. 165.

XLIX.

Præcedenti haud absimilis:
sed hic maioris est moduli, ac
sine dubio in Hungaria cusus
anno 1633. siquidem duæ par-
mulæ in epigraphe adversæ par-
tis sunt insertæ, altera tæniis
Hungaricas cum cruce Patriar-
chali, altera iconem Deiparæ
Virginis continens, fere ut num.
XLIII. In eadem epigraphe ti-
tulus *Ducis Silesia*. ut par erat,
hic omissus est. *M. S. B. ar.
deaur.*

L.

Utriusque huius nummi pa-
gina num. XLIII. fere respondet,
omissis in ambitu scutis illis *Hun-
garicis* minoribus: & in aver-
sa aquila biceps scutum gerit,
a summo bipartitum, tæniis *Hun-
garicis* & eiusdem regni cruce
Patriarchali exaratum. Cusus
est præterea anno 1634. & in
imo areæ siglæ *N. agi B. ania*, lo-
cum officinæ monetariæ deno-
tant. MELL. p. 122.

LI.

Epigraphe utriusque partis,
nec non & effigies Cæsaris cum
num. XXXIX. convenit. At in
imo adversæ numerus Arabicus
150. observatur.

(a) Vid. GOLDASTI. *Catholicon rei moneta-
riæ*, in cuius calce singularis de valore mo-

In postica aquila biceps *Im-
perialis* pectore gerit parmulam
Burgundo-Austriacam, torque
aurei velleris cinctam, imposi-
to eidem galero Archiducali.
In imo recurrit cantherius, mo-
netarii aut officinæ Austriacæ
signum. Additur denique no-
ta chronologica 1622.

Tab.
XXVII.

Moneta hæc egregium mo-
numentum est eius calamitosi
reipublicæ status, quo invale-
scente apud Germanos moneta
minuta, ac cupro supra modum
mixta, *Ioachimicorum* ac flore-
norum valor, malis æruscato-
rum artibus, immensum quan-
tum augebatur; ita quidem, ut
uncialis, qui anno 1582. sexa-
ginta octo, & anno 1619. cen-
tum & octo crucigeris adhuc
æstimabatur, ad annum usque
1622. valore ita cresceret, ut a
mense Februario ad diem xv.
Martii decem florenis monetæ mi-
nutæ, seu sexcentis crucigeris
commutaretur. Minuebatur qui-
dem deinde hæc æstimatio ad tres
florenos & quindecim crucigeros.
At eadem mox iterum ita aucta
fuit, ut *Imperialis* mense Octobri
eiusdem anni, quinque florenis,
seu trecentis omnino crucigeris
valeret (a). Cum ergo præfens
nummus medietatem *Imperialis*,
seu *Ioachimici* conficiat: recte
numerum 150. totidem nempe
crucigerorum notam præfert;
atque adeo mense Octobri dicti
anni 1622. cusus fuit. Hæc
enim mala Imperium Romanum
universim, tum vero præcipue
etiam regna & provincias FER-
DINANDI hereditarias inunda-
bant,

netarum, huius temporis, tabula repe-
rienda.